

## CAPUT XII.

DE

OBSERVATIONIBUS QUIBUSDAM CIR-  
CA EXHIBITIONEM DIGESTIVORUM  
SCITU NECESSARIIS.

**N**ullum dejectorium medica-  
mentum, antequam humorum  
crasfities attenuata digesta, & viæ,  
per quas expurgari debet, aperta  
sint, exhibendum.

Quidam morbi digestionem egent.  
quidam verò non: Statim purga in  
morbis, qui ex impuritatibus mobi-  
libus superficialibus constant, quod ex  
dolorum signaturâ & inconstantibus  
symptomatum effervescentiis  
& turgidis venis deprehenditur. Ubi

verò impuritates periculosa & in-  
flamatoria, prius digere & coque.

*Morbi chronici* dicti, ut sunt E-  
pilepsia, Quartana, Colica, Nephri-  
tis, Podagra, & omnes affectus Tar-  
tarei, Hydrops & lepra per se non  
egent digestionibus, aut concoctio-  
nibus; sed respectu suorum sympto-  
matum. In febribus etiam malignis  
& Ungaricis non est expectanda di-  
gestio. Digestiva aliquando sæpius  
repetenda sunt.

## PARS IV.

DE

VOMITIVIS RARIORIBUS  
AB HERMETICIS MINERIS INVEN-  
TIS, DE QUE ILLORUM PRÆPARATIO,  
NE MIRABILI EFFICACIA, VARIO USU,  
ET LEGITIMA DOSI.

**E**T si in propatulo, omnibusque  
notum, quòd quædam Phanta-  
stica ingenia reperiantur, qui vom-  
itivorum usum planè negligendum  
& tanquam pestem fugiendam sta-  
tuunt, sententiam suam rationibus  
firmis, ut sibi imaginantur, propu-  
gnantes: Attamen facere non po-

tui quin finitò jam nunc de Matura-  
tivis & Digestivis sermone, de pur-  
gantibus universalibus, inter quæ  
vomitoria primas tenent, aliquid  
dicam: præsertim cum mihi non i-  
gnotum, quod non modò Hippo-  
crates facile medicorum Princeps,  
Avicenna, Dioscorides & Rhafis; Ve-  
rùm



rùm etiam omnes Philosophi, tam antiqui, quàm recentiores, eorum usum approbârunt.

Et ut de vomitivorum sine exordiar, sciendum; quòd ipsa humores vitiosos per os ejicere soleant, hominemq; exinde à multis morbis præservent & liberent, & si fortiora, non modò ventriculùm evacuent; verùm etiam Intestina, Renes, mesenterium, imò Epar, Lienem, Pancreas, venasq; majores exhauriant. *Faciunt autem hæc pleraq; que peculiari proprietate, ob quam suapte naturâ sursum, non deorsum, propensionem, atq; inclinationem habent. Nonnulla tamen manifestis causis ad vomitum concitandum concurrunt, quòd scilicet vel ventriculo quasi innatent, unde accidit, ut si copiâ sit aggravatus ventriculus, aut vi etiam medicamenti superflua eò trahantur, ad excretionem per superiora facillè insurgant, vel laxent superiùs orificium ventriculì.*

Talia sunt omnia pingvia & oleaginosa, quæ retentricem laxant, & ne antè continere queat, efficiunt:

Undè ventriculus præcipuè stimulatus, quicquid intra se continet, per superiora expellit, infimis partibus adhuc robustioribus sese constringentibus, superioribus verò facillè sese laxantibus: Hæc Vomitoria à Dogmaticis Medicis in tres classes dividuntur, scilicet in *levia; mediocria; & fortiora: Priora*, quæ è vegetabilibus oriuntur, præcipuè à Galenistis usurpantur; *ultima* verò plerumq; è Mineralibus arte chymicâ oriuntur, & non minùs, ut cætera, sine sanitatis naufragio correctâ exhibentur. Porro illa, quæ è familiâ Mineralium, & Neotericis hodiè plerumq; usui sunt, varias agnoscunt materias, inter quas *principalioribus, & tanquam Basi* habentur, Vitriolum, Antimonium, & Mercurius, qui vulgò Argentum vivum dicitur, de quibus jam nunc in specie per subsequentiâ capita hîc ordine agemus, ut primò eorum *preparationem*, nec non *Usus. Vires & Dosis*, in medium proferamus pauca, quæ circa illorum adhibitionem monenda videntur, postea etiam annectamus,

## CAPUT I.

DE

## GILLA THEOPHRASTI.

Seu

## SALE VITRIOLI VOMITIVO.

**C**rySTALLI è Venere, seu Marte machicis, quando de spiritu Aris & Ferris dicemus, docebitur) resolu-

van.



vantur in phlegmate acido, quod primum egreditur è distillatione Vitrioli vulgaris, & simul per octo dies circulentur.

Longe efficacius & commodius

operatur hic liquor, quam Sal è capite mortuo vulgaris Vitrioli, seu albi Goslariensis, quocunque modo extractum sit.

## CAPUT II.

DE

## VITRIOLO ALBO VOMITIVO:

Solve Vitriolum album, in aqua pluviali, & evapora, donec quasi crusta appareat, postea per quatuor dies in loco frigido ponas & concrenent Crystalli, quos eximes, & aquam iterum evaporabis, ut antea: Hic labor penitus tertio reiteretur coagulando & dissolvendo: Ultimo ter eodem modo procedatur cum aqua rosarum. Crystalli tandem supra calorem levem siccentur, & sponte redigantur in pulverem album.

## USUS HORUM DUORUM VOMITIVORUM.

Exhibita Dosis utriusque; Vomitivi è vestigio vomitum movet, quo ventriculus tum onere levatur, tum robor acquiritur, nec quicquam infert nocumenti; hinc non inutiliter propinatur.

1. In Febris.
2. Lumbricis.
3. Omnis generis infirmitatibus ventriculi.
4. Defluxionibus salis.
5. Synovia.

6. Peste.

7. Doloribus dorsi.

## DOSIS UTRIUSQUE.

*Dosis utriusque, est à scrupul. j. ad duos, habità ratione complexionis & sexus.*

Sal potest misceri cum Saccharo Candi, & demum cum aqua fœniculi dissolutum calidè exhiberi. Offertur etiam in jure carniū, haustu cerevisiæ, vel vini, aut in aqua cum melle mixta, vel in conserva Rosarū.

Puerulis contra Lumbricos, quatuor, quinque; aut octo grana in cochleari vini Malvatici exhibentur.

## OBSERVATIO.

Gilla seu liquor Oli, cujus vehiculum non minus, ut Salis Vitrioli, est haustus tepidæ cerevisiæ, vel brodii carni, vel Syrupus acetosæ, admodum lene vomitivum, usu expertum est, ut ferè non melius habeatur. Sal operatur variè, vel per vomitum, vel per Sedes, interdum etiam sudores & somnum facit. Vid. Croll. p. 119.

I

CAPUT III.



## CAPUT III.

DE  
SALE VITRIOLI, SEU VOMITORIO  
VITRIOLATO DN. ANGELI SALÆ.

Cum præcedentis capitis subje-  
cta quasi materia, Sal vitrioli  
fuerit, cujus præparationem doctis-  
simus ille Crollius, è magno isto  
Chymico Theophrasto in Bas. sua  
Chym. pag. 119, annotavit, non me  
iniquè facturum puto, quando jam  
nunc in ejusmodi materiâ pergen-  
do, præsens caput Sali Vitrioli, seu  
vomitorio Vitriolato Dn. Angeli  
Salæ pro loco constituo; Cujus ope-  
ratio est talis:

R. *Vitrioli Ungarici carulei & o-  
ptimi, quantum vis; fac calcinetur il-  
lud in crucibulo ad ignem rotæ, donec  
in pulverem bruneum, seu obscure pur-  
pureum abeat. Vitriolum prædicto  
modo calcinatum ponatur in vase vi-  
treo, super fundatur aqua communis  
bona quantitas, sensim agitando, ne  
in fundo conglomeretur, donec aqua af-  
fusa (que tam calida evadit, ac si cal-  
ci viva superfusa fuisset.) refrigescat,  
aliàs vitro ad hæso fieret, ut rumpere-  
tur. Stent itaque viginti quatuor  
horas, postea trajiciantur per char-  
tam emporeticam, in patinam latam  
vitream, & fiat exhalatio super ignem  
lentum furni minusculti arenosi, donec  
Sal in fundo reperiatur siccum, & co-  
loris quodammodò incarnati, qui ta-*

*men pulverisando in albedinem con-  
vertatur.*

## OBSERVATIONES.

Si Vitriolum calcinatum prædi-  
ctum colorem non adipiscitur, sed  
rubrum duntaxat, instar boli Arme-  
ni permanet, dum Sal inde cupis  
extrahere, purum & candidum, ni-  
hil accipies quàm Vitriolum ejus-  
dem coloris, formæ & saporis, ut  
fuit antea,

Pariter si nimis calcinatum fue-  
rit, ad nigredinem puta, vel spon-  
giositatem, adeò, ut spiritibus aci-  
dis spoliatum prorsus sit, nec mul-  
tùm salis inde conficies, nec quod  
purget multum.

VIRTUTES, ET PROPRIE-  
tates hujus Salis Vitrioli,

Testor DEUM, inquit Author in  
Tern. Bezoar. & certò cuivis pro-  
mitto Lectori, quòd inter medica-  
menta vomitoria, tam simplicia,  
quàm composita, & quomodocun-  
que præparata, sive Mineralia, sive  
Vegetabilia, quæ vel ab aliis adhi-  
beri vidi, vel ipsemet adhibui,  
nullum observaverim magis uni-  
versale, magis interim præ cæteris  
ad purgandum superfluitates in  
stomacho, corruptosque humores  
in



in ipsius tunicis impactos benignū, quam hoc ipsum Sal Vitrioli. Ad eò siquidem turò, pergit ille, ad eò facile operationem perficit suam, ut meritò Manna vomitoriorum mineralis appellandum sit. Quemadmodum enim Manna cœlestis, inter omnia lenientia benignissimæ indolis existit, ut propterea nulli non personæ absque ullius periculi suspitione exhiberi possit: Ita se res habet cum Vitriolato nostro vomitorio, quo ad faciendos vomitus sumpto ordinariè, nihil, nisi à Medico præscripta & præparata à natura vero proscrip̃ta materia è stomachi regione, absq; humorum in centro sopitorum perturbatione, & naturæ lacescit̃is viribus (quamvis ejusmodi violenta vomitio aliquando ex usu sit, pro morbi & materiæ int̃ hospitantis differētia) rejicitur.

Egregiè valet contra Epilepsiam. aliaq; cerebri symptomata, ex corruptis & acribus è ventriculo sursum aëris vaporibus orta: Item contra Squinantiam, Pleurisin, Febres pestilentiales, Lipothymiam à repletione corruptorum humorum. & bilis circa orificium ventriculi effervescentiam.

Vermes enecat, Epar, Lienem & Renes deobstruit, Urinarios meatus purgat; resistit Catarrhis, in pe-

ctora & pulmonum organa prolapsis.

## DOSIS.

*Dosis Salis Vitrioli hujus est à scrupulos. ad drachm. sem. pro una vice quando, qui purgari debent, validius sculi sunt. Assumitur cum vino, cereo vicia, jusculo carnis, aut qualicunq; alio contra morbum subjectum inserviente liquore.*

Ceterum quæ Josephus Quercetanus, Regius Medicus in Tetrade pag. 173. dùm de utilitate à vomitionibus contra Epilepsiam, Apoplexiam, ac similia cerebri symptomata procuranda loquitur, habeat, & quid in sua Pharmacopœa dogmatica cap. de vomitivis pag. 394. de Sale Vitrioli sentiat, videantur citatis locis.

Horum & aliorum Clarissimorum Virorum autoritates & testimonia meritò Misochymicos commovere deberent, ut secum perpendentes magnos & admirandos effectus, quos hujus generis vomitiva in curandis morbis præstant, ulterius in ejusmodi salutaria medicamenta debachari desisterent, erroremque & cœcitatem suam agnoscendo, ipsis cum aliis doctis viris, tam ad Dei laudem, quam ad proximi salutem, uterentur.



## CAPUT IV.

DE

## FLORIBUS MERCURII ARGENTEIS.

**F**lores hi ex Mercurio, tanquam basi in movendis Vomitionibus (ut paulò pòst docebitur) parantur: nam si Mercurius peritum in pyrotechniâ artificem, rationalem directorem, & prudentem exhibitorem nanciscitur, mirabilis est; qui nullû quantumvis pertinacem morbum, cæteris vel potentissimis intactum, aggredi recusat. Quapropter tot seculis multi docti & præstantissimi viri omnes nervos in id intendere, quomodo virtutes, qualitates & proprietates Mercurii ediscerent, & hujus mortificatione, reviviscentiâ & artificiosâ præparatione arcana & saluberrima medicamenta excogitarent. Et si damna quædam ex hujus præpostero usu emergunt, non Mercurio, sed insulso & indotato hæc imputanda Chymicastro, qui non minus Scammonio & helleboro, quam Ærio peccare, & ægrotos in extrema potest præcipitare pericula, esse censeo. Hinc fortasse Platerus Mercurium præfert helleboro & Mercurialis atque Hierovius hujus usum Empiricis, non autem Medicis ex Hermeticâ & Hippocraticâ pro sapiâ oriundis prohibet. Etsi Mercurius esset venenum, ut multi putant, non sitibundi, qui noctu vel in tenebris Mer-

curium crudum potârunt; superstites mansissent: Cujus rei exemplum esse potest Illustrissimus Heros, Georgius, Marchio Brandenburgensis, qui Onoldini noctu valde sitibundus integram Lagenam argentò vivò repletam, sine vitæ discrimine epotavit. Adde, quod in Carinthiâ & Carniâ, locisq; vicinis, puerperis ad facilitandum partum, nec non in Iliaca, & tuncis alvi propinetur. Non possum quidem ire inficias, Mercurio quoq; uti & aliis Mineralibus suam inesse malitiam, sed hoc quoq; mihi non ignotum, ita comparatum in hâc mundi Universitate esse, ut nihil ita perfectum, cui non admixtum sit aliquid mali, & correctione opus habeat: Nam quò preciosius & carius aliquid, eò majori curâ à Naturâ munitur, ne cuius statim pateat; ita aurum Arabicum & Hungaricum, quod in terræ visceribus reperitur, & magnò sudore eruitur, melius aurò Rhenanò, quod in arenâ facili labore colligitur. Insuper videtur illud substantia purissima, attamen septenariâ correctione, sicuti argentum, ipsi opus est, ut sacra Scriptura testatur. Rosas Natura fragore s'avisimò ornavit, nihilominus tamen habent suas aculeatas

tas



tas spinas, ut absq; cautione carpi non possint. Verum enim verò, ne extra limites divagando, Lectorem benevolum ulterius detineam, (animus enim meus non est, omnia, quæ de Mercurii Geniturâ; Nomine; Differentiâ: Qualitate, seu usu Mechanico &c. longò Catalogò recenferi possunt, hîc perstringere; sed duntaxat rationem conficiendi è Mercurio diligenti præparatione, perquam utilia & singularia Medicamenta, quâ fieri potest brevitate demonstrare) nunc filum abrumpens ad propositum revertor. Interea autem illi, qui plura de Mercurio perdiscere cupit, commendatum volo aureum illum Tractatum, cujus titulus: Anatomia Mercurii Spagyrica, Dn. Matthiæ Unzeri, olim Medici Physici Halæ Saxonum, de qua materia elegantiorè librum videre hætenus, nec mihi, nec aliis forsan licuit. Nunc sequitur Præparatio.

Accipe Mercurii vivi, prius aliquoties cum Sale & aceto optimè purgati, ac per corium trajecti lib. 1. Indatur cucurbita vitrea, super affundanturque lib. 3. circiter Aqua fortis optimè ab omni phlegmate rectificata. Vitrum pone in locum frigidum per tridui, & Mercurius congelabitur in crystallos Hosce Crystillos exime, denuoq; repone vitrum, ut novisiant Crystalli, quos etiam exime. Et hoc toties reitera do-

necnulli crystalli amplius appareant. Aquam fortem à srio separa, seu effunde. Crystillos omnes collectos in mortario vitreo tere, cum oleo Tartari, & fiet ebullitio materia, affunde semper paulatim aliquid de dicto oleo, & tere, donec liquidam planè consistentiam nanciscatur. Hunc liquorem percola diligenter per chartam Emporeticam, donec totum oleum Tartari pertransierit. Materiam in charta collectam seorsim collige, inditaque vitro apto affunde aquam pluviam stillaritam ad quatuor digitorum latitudinem. Vitrum in arenam calentem pone per triborium, agitando interdum materiam, quò faciliùs dissolvatur, aquam omnem transcola per chartam; Solutum Mercurium in charta instar pulvis residuum exsicca: Exsiccato denuò adfunde aquam stillaritam pluvialem, digere in calore arena, & transcola. Idemq; fac tertio. Tandem solutam materiam exsiccatam tere in marmore subtilissimè. Trita adfunde in vitro amplo acetum destillatum, ut ad 2. ad 3. digitos superstet. Vitrum pone ad digerendum in arenam calentem per triduum, & FLORES MERCURII ex imo sensim emergent, atque aceto supernat abunt, instar pinguedinis cujusdam, circa fundum autem materia admodum turbida crassaque conspicietur. Exacto tridui illo spacio, vitrum exime, & refrigescere sine, postea acetum omne, cum Mercurio dis-



soluto transcola per chartam, & egredietur acetum. Flores autem Mercurii charta inbarebunt, exsiccata sensim ad calorem ignis charta.

Flores seu pulverem ab ea derade, & tere in pollinem. Huic pulveri denudò adfunde acetum destillatum, digere per biduum vel triduum, transcola rursus, & exsicca. Hunc laborem etiam tertio reitera, vel quarto, quousq; color pulveris placeat, qui argenteus planè esse, seu colore externò, vel formâ externâ ad amussim respondere alii papilionum debet.

Tandem hosce flores aquâ cordiali aliquoties edulcora, & ad usum tuum serva. Et hæc est vera illa descriptio Florum Argentorum Mercurii, quam Secretam hæctenus multi habuerunt. Aqua fortis, quâ indiges ad horum Florum elaborationem, magna inter doctos est varietas. Ergò ne sumptus perdas, tum tentas veram illam apprehendere, lubet hîc tibi modum præparandi Aquam fortem Lunam, Mercurium & Venerem solventem adponere, qui est sequens:

R. Vitrioli optimi lib. 2.

Nitri lib. 1.

Aluminis ℥ 4.

Vel:

R. Vitrioli optimi lib. 4.

Nitri lib. 2.

Aluminis lib. β.

Has dictas species inde cucurbita vitrea benè lutò obducta, imò tamen ut tertia pars vacua maneat, & in

capellam pone, cineribus vel arenâ impletam.

Recipiens amplum appone, in quo sint aqua in singulas libras ℥ij. commisuras claude lutò bonò (quod pleriq; ex duabus partibus lati vulgaris, & unâ parte calcis vivæ, cum oleo lini misti, conficiunt) ignem admove, & per sex horas auge gradatim, & vide, ut gutta una alteram saltem spatio quinq; minorum insequatur, ne vitrum rumpatur: Nonnulli exiguum foramen, ut spiritibus crassioribus detur exitus relinquant.

Cum Spiritus in Recipiente appareat, & rubere incipit, nonnulli lintamina madida Recipienti apponunt, ne spiritus vitrum rumpant, sed à frigore cogantur. Ubi albi jam spiritus apparent, non amplius tantum imminet periculum, & propterea ignis auferri potest, dum jam nihil exeat, & Recipiens careseat.

Alii pro cucurbita vitrea fistilem sumunt, & in ignem patentem ponunt, & circa collum tabulis lapideis, vel lateribus fornacem claudunt, solum spiraculis relictis. Alii cucurbitas ferreas usurpant. Perficitur plerumq; hic labor 24. horis, alii utuntur loco cucurbitæ Retortâ: Adduntq; nonnulli calcem vivam materie.

OBSERVATIO DE BONITATE ac ELECTIONE Mercurii ad usum Medicum.

Cùm multæ varietates ac differentia



rentiæ Mercurii, & quælibet in suâ dispositione habeat suas peculiare virtutes, idcirco magnâ cautione opus est in eligendo Mercurio, ne unam speciem Mercurii pro alterâ sumamus; circumspiciendæque agamus, ne pro lucro & elemento damnum & perniciem reportetur, vel pro corporis sanitate calamitosi morbi accersentur. Eligunt igitur periti Chymici, ac commendant Goritiensem, qui ex Hydriæ montis 4000. passibus Goritio distantis lapide Cinnabarino excoquitur. Aliis placet, ac probatur præ cæteris Mercurius Hispanicus ob puritatem. Is autem est tum natus in Hispaniâ, tum ex auriferis Indiis inventus, qui certè, nisi avaritia Mercatorum ipsum vitaverit, puritate exsuperat Hydricum, quantumvis sæpius lotum.

Est enim splendore argenteo, cum Hydricus magis ad plumbum declinet, nisi studiosè purgatus fuerit; Ungaricum quidam præferunt; Quercetanus in Tetrade non reprobatur Hasficum, utpote ex venâ minii rubrâ excoctum. Examen autem generale bonitatis Mercurii undelibet sumpti, tale à multis proponitur, nimirum, si, postquam totus per corium transit, sine ullo excremento, Retortæ vel Cucurbitæ includatur, indeque destilletur item totus sine reliquiis. Quidam

Semiunciam Mercurii in prunâ, consumunt, si feces albæ vel cineræ restant, negant indigere purgatione, sin rubræ, impurum pronunciant.

#### VIRE & USUS FLORUM MERCURII ARGENTEURUM.

Si alicujus gula & stomachus delicatior forsitan, nec quælibet ferre possit evacuantia, sed summo opere illa abhorreat, aut fastidiat; Huic nullum, meo quidem iudicio, savius, elegantius, aut præstantius, quodque non solum gustui sit acceptum, verum etiam, quod minori cum molestiâ, periculo ac difficultate, *ἀνο καὶ καλῶ* operetur, offerri poterit medicamentum ipsis FLORIBUS MERCURII ARGENTEIS.

NAM I. in genere sunt illi medicamentum contra omnis generis infirmitates, ex humorum putredine causatas.

2. In specie, Capitis gravitatem tollunt, idque maximè, si ex humorum ac vaporum multitudine è ventriculo, ac membris inferioribus sursum urgente, contracta sit.

3. Visus aciem subtiliorem reddunt; præsertim si visus ob vaporum copiam è ventriculo sursum ascendentem, obscuratus fuerit; aliàs enim offendit potius.

4. Nauseam auferunt; Humorem enim in ventriculi spacio innatantem



tantem, eumq; ad nauseam excitantem evacuant,

5. Stomachi subversionem atq; abominationem, ex pinguium ac dulcium alimentorum usu contractam, submovent.

6. Appetentiæ amissionem & corruptum ipsius ventriculi desiderium quò nimirum acra solùm, aut acida, aut Pontica appetuntur, curât.

7. Illi etiam, ad cujus ventriculum flavabilis confluens cibum corrumpit, egregiè opitulantur; eam enim per superiora blandè expurgât.

8. Corporis ex humorum redundantia ortæ lasitudini conveniunt: evacuata enim materia, vires corporis omnes levantur & recreantur.

9. Renum ac vesicæ ulceribus succurrunt: Materiam namque eò currentem ad oppositam abducunt partem.

10. Lepræ auxiliantur: Et maximè quidem, si cum vehementi vomitivo, quale veratrum cum primis existit eliciatur.

11. Corporis colorem ex vitioso aliquo humore depravatum emendant ipsum n. à cute aliò derivant,

12. Epilepsiam ex ventriculi cum cerebro sympathiâ obortam curant; Humorem enim, cujus evaporatione Epilepsia accidebat, è ventriculo expellunt.

13. Ictero, illi præsertim, qui ab obstructionibus initium ducit, me-

dentur. Vehementiore siquidem vomendi conamine obstructionum materiæ à locis vicinis, quos obfidebant, avertuntur. Ad hæc materia etiam pituitosa, quæ ejusmodi ferè parit obstructiones vomitù educitur.

14. Asthmati subveniunt, causam ejus antecedentem tollendo. Quin thoracem etiam ac pulmonem calefaciendo, superfluitates absumüt, unde Asthma gignebatur.

15. Tremorem atque Paralyfin curant; harum enim passionum materiam auferunt.

16. Competunt etiam his, qui habent Stomachum repletum phlegmaticis, viscosis & malis humoribus, & febricitantibus ex plenitudine & repletionem nimiam. Competunt quoq; his, qui habent nimiam gravitatem corporis, abominationem cibi, venarum extensionem, & rigorem cum calore.

17. Valent etiam contra Tertianam, verã & notham, & contra quotidianam & alios multos affectus.

18. Sunt in Hydrope, Podagra, Scabie, Peste, Scrophulis, lue Venereâ medicamentum præsentissimum, & ut omnem rem in pauca verba conferam, in omnibus morbis deploratis cum convenienti vehiculo, datis his floribus nihil nobilius, nihil præstantius, nihil salubrius.



## DOSIS.

De his floribus ꝑrii argenteis gr. 3. vel 4. vel 5. cum pauillo Extracti Liquirizie (Mercurium enim quocunq; modo præparatum, nunquam nudum dato, quippè qv̄i Oesophagi maximus adversarius) in unam pilulam redacta, vel pyro Mosibatellino condito inserta, aut pulpa, seu carni censarum condi-

torum occulta, seu conserva Rosarum, vel violarum portioni exigua permixta, & hoc modo exhibitæ jejune tribus horis antè prandium, pro qualibet corporis evacuatione sufficiunt, quem admodum id non unò, sed plurimis exemplis hætenus excogitum & exploratum fuit.

## CAPUT V.

DE

## MERCURIO DULCI.

**P**Anacea hæc alba à veris & sanioribus Spagyris ita præparatur:

R. Mercurii sublimati ꝑvj.

vivi &  
purgari ꝑiiij.

Misce exactè, & ita ut argentum vivum non amplius videatur, & sublima, ut est moris: Sublimatio hæc quinquies, vel sexies reiteretur, donec dulcem seu inspidum saporem Mercurius acquirat. Pulvis rubeus

in fundo & albus in vitri collum sublimatus semper rejiciatur; medium verò teneatur; quoad nihil invenitur; Et ita est Mercurius dulcis præparatus.

## USUS.

Usus hujus Mercurii est conveniens, cum floribus Mercurii argenteis.

## DOSIS.

Dosis à ꝑß. ad 3ß. vel ꝑij.

## CAPUT VI.

DE

## MERCURIO VITÆ CROLLIANO,

**M**ercurius vitæ paratur ex Mercurio, de quo paulò ante diximus, & Antimonio, quod Parisenses Medici quidem vocant *inventum Cacodamontis*, æstimantes ori ventriculi esse inimicissimum, sed sinistrè:

Nam non tale est, sed meritò vocatur *Manus DEI*, quia ut Matthiolus & alii volunt, præsertim in deploratis, pituitosis, melancholicis, & chronicis affectibus, magnum adfert auxilium. Nam quamvis li-

K quidò



quidò constet, quòd Antimonium sit mera Saturni Marchasita, in se Mercurium Arsenicalem & ♁ auripigmentale habens, & omnis venatæ qualitatis nequaquam sit expers: Attramen è contrario nemo ibit inficias, quòd per diligentem præparationem Spagyricam pluri- ma possint ex ipso confici remedia selectissima & utilissima, propter ♁ Balsamicum, quod habet incom- bustibile, Sulphuri Solis non ab- simile, & si aliquid damni ex ipso emergat, hoc fiat κατὰ συνθεσιν, nec Stibio, sed præparatori indocto adscribendum. Propterea Monar- cha Chymicorum Paracelsus de Antimonio hæc verba profert: An- timonium inter omnia Mineralia potissimum in se claudit arcanum. Quod etiam Crollius intelligit, quando ita in Bas. Chym. scribit: Si Antimonium posset ita præpa- rari, ut sine omni vomitû saltem per inferiora operaretur, nullû daretur Catharticû præstantius, nec nobili<sup>o</sup>.

Nunc ad rem propositam sermo- nem dirigemus.

R. Antimonii Ungarici, & Mer- curii sublimati ana lib. i. terantur & misceantur invicem diligenter, & in vitreâ Retorra luto obducta, in mediocri ignis regimine destillentur. Tunc Liquor instar Butyri, seu glaciæ egreditur, si concrevit in collo Retor- ræ, ut sæpè fieri solet, admotâ prunâ,

forcipe comprehensâ liquecat, ne ob- structionem peccatur destillatio. Hic Li- quor 2. vel 3. iterum rectificetur, cui aqua calida si affundatur, tunc salia corrosiva resolvuntur, & Flores albi pe- tunt fundû, qui multoties edulcorandi.

#### DE ALIA PRÆPARATIO- tione Mercurii vitæ.

R. Mercurii sublimati ℥viij. Anti- mon. pulverisat. ℥iiij. simul misce te- rendo in marmore, & destilla in arena per Retortam vitream, in fundo luta- tam, cui adplicetur Recipiens aqu. comm. semiplenum, juncturis benè glu- tino munitis.

Detur postea ignis per gradus, donec gummosus liquor instar Butyri ad col- lum Retortæ hereat, quem adposito foris carbone vivo cum pyragrà, liques- scere paulatim facias.

Postea paulatim detur ignis suppres- sionis (qui fit carbonibus vivis super arenam, Retortam regentem positus) donec liquor totus egrediatur.

Tum amoto Recipiente, & alio sub- flituro, ignis intendatur per horam unam atque alteram, donec & ex su- blimato, Sulphuri Antimonii junctus ad collum Retortæ in Cinnabarim su- blimetur, quam vase refrigerato colli- ge: (Hanc Cinnabarim, si vis, semel atque iterum per Retortam angustio- ris Colli ex arena sublimando rectifica, inque pulverem reduc, & habebis Cin- nabarim Diaphoreticam) Præcipita- tum pulverem album per noctem dige-  
re,



re, & Aquam Spiritus Vitrioli ex sublimato impregnata[m] ad Corallos & Perlas dissolvendas separa, atque serva, aliam aquam precipitato pulveri sepius adfundendo, donec omnis dolatur acrimonia. Tandem aqua Cordiali ablue & exsicc.

### USUS GENERALIS MERCURII VITAE.

1. Paracelsus lib. 5. Archidox. de ☿ Vitae ita loquitur: ☿rius vitae corporis humani corruptiones tollit; Senectutem restaurat, eamque in juventutem mutat, non quod novam Essentiam in homine generet, sed quod quintam Essentiam adhuc residuam incorruptam conserver; unde postea novae virtutes emergunt. Impurum a Spiritu Vitae removet, canitiem tollit, juventutem confirmat, ita ut senectus non amplius canos possit producere, &c.

2. Quercetanus in Pharmacop. restit: ☿ Vitae, Omnium Vomitivorum & purgativorum est praestantissimum medicamentum, ultra quam dici aut cogitari potest, stupendisque plane effectus prodit in diversis morbis profligandis.

3. Angelus Sala in Hemetol. cap. 3. ☿ Vitae, nullius calamitatis causam praebet, quantum in personis plus quam centum cujuscunque aetatis, etiam infantibus ac decrepitis observavi, maximeque excellit contra pestem, & ad purgandos

Lue Venerea[m] infectos, Aquam etiam Hydropicorum, supra omnia alia mineralia ad Votum evacuat.

Idem in eadem Hemetol: Novum quendam Chymicum in Helvetia, qui Mercurium Vitae ceu Panaceam in omnis generis quantumvis contumacissimis infirmitatibus exhibet non cum vulgari successu, & miraculosa dexteritate Personas ab omnibus Medicis derelictas sanitati saepe restituit.

4. Jacobus Mosanus in consilio quodam de Cura Artrid: ad Marchonem Brandenburg. ☿ Vitae, quam tutum exhiberi potest, si C. V. exemplum deesset, possem praeter *Vulgus hominum, multorum generosissimum Comitum, & Nobilium foeminarum, ac Virginum nomina* recensere, quae ipsius usum non solum suo exemplo adprobant, sed etiam in caelum laudibus extollunt, nisi putem in re tam manifesta opus non esse probatione.

5. Scheunemannus in Hydro-mant: cap. 36. Mercurius Vitae purgantium Basis & fundamentum est, in quem Natura quasi in unum Gazophylacium, vim purgativam abdidit. Hic Vitae ☿, Sal est omnium acutis. omnem superfluitatem exturbans.

Quare omnibus morbis tartareis & obstructionibus conducit. Ab hoc caetera medicamenta purgantia,



tia sive Mineralia, sive Vegetabilia sint, virtutem participant, non aliter, quam ex Thyrso rami in longum & latum dispersi, virtutem suam mutuantur.

IN SPECIE ꝯ VITÆ CONFERT.

1. Eebribus intermittentibus. Unde Andr. Tenzelius in Exegesi sua Chymiaticâ sect. 2. part. 3. ꝯ Vitæ (ait) est verè *πισωρόν* in Febribus intermittentibus, præsertim quotidiana & Tertiana, à quibus plurimos, jurare possum, primo statim impetu à me curatos fuisse.

2. Hydropicis. Idem Tenzel. ibid. ꝯ Vitæ in Hydrope est excellens *hydragogum*, nec aded usque periculosum. Mirâ enim felicitate Hydropicis aquas per secessum exturbat.

Et nos quoque testari possumus, duos Hydropicos, in quibus morbus non admodum inveteratus fuerat, exhibitione Mercurii vitæ, divinâ adspirante cooperanteque gratiâ, eductâ ingenti colluvie serosorum humorum nos perfectæ sanitati restituisse.

3. Difficuler parturientibus; Unde Angelus Sala in Ternar. Bezoard. cap. 23. ad difficilem partum singulariter comendat Mercurium Vitæ; Eo enim, dicit, expultricem insurgere ad expellendum foetum, & hoc ipso medicamento, se pluri-

mis in acie novaculæ constitutis, præstò fuisse, aquè delicatis, quibus nulla spes superstes fuit, quam robustis, quin imò sæpè foetum semiputridum, & secundinam post triduum, salvâ matre, expulisse. Vult ergò quemlibet Medicum, hac in parte Mercurium Vitæ sibi commendatum habere debere, cum hic inter cætera medicamenta palmam obtineat, nec ullum periculum ex eo verendum sit.

4. Apoplexiâ, Epilepsiâ, Delirio Melancholico laborantibus.

5. Lepra, Scabie, Lue Gallicâ, Podagrâ affectis.

6. Ulcera prava & maligna, intestinorumque dolores habentibus, &c.

OBSERVATIO.

Operatio Mercurii vitæ, quam in humano corpore perficit, varia seu diversa est. In quibusdam enim tantum per secessum purgat; in aliis sursum & deorsum operatur; in aliis verò duntaxat Vomitiones excitat, idque pro diversitate temperamentorum seu naturarum.

Senioribus cautè hoc medicamentò Vomitivò utendū esse censemus, præsertim Hydrope adfectis. Nam præter ingentem virium dejectionem sæpenumerò Ani proci-dentiam quoque in illis causatur, arte difficulter, aut postea vix sanabilem,



Sivélis ejus operationem, quam exercet per superiora, materiam peccantem evacuando, compescere, potes illum terere sedulò Sale communi, & Salsedinem per abluitionem iterum auferre, vel cum Sale decrepitato, igni forti sublimare. Tunc mitior evadit vel secessorius tantum. In Sale enim vel maximè est, quo Spiritus Antimonii Mercuriales Vomitivi figi & mitificari possunt.

Ex infusione datur tutiùs, & sine periculo.

A purgatione æger ad duos dies propter commotionem totius corporis, dolorem capitis, vel languorem omnium membrorum, quem sentire solet, quiescere debet, quæ tamen Symptomata quovis leni medicamento, ut Epitem. ex aceto Rosar. aquæ Lactuc. vel confortativo ex conserv. Rosar. Aqu. Cinamomi, vel confectio Specierum de Margaritis curantur; his sublatis, tam benè se habet æger, ac si è mortuis resuscitatus, & recens natus fuisset.

## D O S I S.

Datur à grano uno ad duo, raris simè ad tria cum cautione, & non delicatulis aut infirmis, sed robustis & validis, in brodio carnis, haustu calidæ cerevisiæ, Panchymagogo, Conservâ Rosarum, Violarum, Vitello Ovi, Syrupo Cydoniorum.

Quidam ex uno atq; altero coch-

leari hujus mixturæ sumere solent Mercurium vitæ.

R. Spec. diamarg. frig.

Liberant.

de gemmis,

Lacif. Rbasia ana. ℥j

Syrup. de succ. citri,

cinamomi.

de pomis,

garyophyll. hort.

de succ. borrag.

bugloss. ana ℥j.

Olei Cinamomi.

citri,

Aqu. Cardui bened. ℥p.

Fiat mixtura.

## OBSERVATIO.

Observa diligenter, ut semper post omnem purgantis Mercurii, vel Antimonii exhibitionem te in lecto contineas, & paulò post sumptionem jus sorbile sumas, ita minori molestia evomes, quàm si ventriculum habeas vacuum. Reiteretur haustus jusculi aut cerevisiæ calidæ bis, ter, quaterve, si opus fuerit.

Cum in hoc capite de Mercurio Vitæ dictum sit, Coronidis quasi loco libet annexere alium modum conficiendi Mercurium Vitæ qui per inferiora tantum purgat, & sic lege Artis elaboratur.

R. Vulgarem illum pulverem Mercurii vitæ album, eò, quò supra diximus, modò præparatum, & ab omni acrimoniâ elotum. Hunc

K 3

in-



in jice in Salem Nitri ad ignem liquefactum, optimeq; purgatum, sineq; ita invicem stare in fluxu per sesquiquadrantem circiter horæ. Postea effunde materiam ex cucurbitulâ in vas aliquod terreum vitreatum, eiq; affunde aquam calidam. & Sal nitri paulatim omne in illa liquefcer. Hanc aquam nitratam totam affunde, & pulvis Mercurii vitæ candidus in imo subsidet,

quem benè aquâ rosarum edulcoratum ad usum serva. Dosis ejus gr. ij. vel iij. tum per se, cum Extracto Liquirizæ in pilul. duas parvas redacta, tum in infusione Vini, vel aquæ Card. bened. aut alterius liquoris propinata. Purgat vehementer præsertim in iis, quibus ventriculus ingenti saburrâ pituitosorum aut aliorum corruptorum humorum oppletus est, Vomitionem excitans.

## CAPUT VII.

## DE MANNA MERCURII.

**D**issolve Mercurium in aquâ forti. Postea aquâ marinâ præcipitata: Et ex cucurbitâ per arenam destilla, ignem sub finem augendo, ut Mercurius ad latera vasis sublimari possit. Vase refrigerato, facibus in imo vasis subsistentibus, abjectis; sublimatum seorsim collige: Et iterum in eadem aqua dissolve & de

stillâ, ut supra. Habebis Aquilam cœlestem nive candidiorem.

Confert in Lue Venerea,

Lepra,

Scabie,

Febri Quartanâ.

Delirio, &c.

Dosim ejus vide in Tyr. Chym. Beg. schol. 405.

## CAPUT IIX.

## DE AQUILA IMPERIALI.

**R.** Mercurii septies meteorisati, Mercurii cinnabaris revivificati an. ℥iiij. Misce & tere simul, donec nullum granum Mercurii vivi conspiciatur. Post pone in matraccium capax, & superaffunde libras duas aquæ communis aut circiter, quam sæpè agita, & horis duodecim elapsis decanta, seorsimq; serva, & duodecies aliam superaffunde, eadem observando ut prius. Pulverem in fundo matraccii

sicca, & sublima ter aut quater, donec nullum granum Mercurii vivi ascendat: Quem singulis sublimationibus separari oportet.

## DOSIS.

Dosis est iij. ad vj. grana. Purgat valde fortiter, & quidem datur, non nisi robustis.

Convenitq; omnibus morbis Venereis. Vid. Tyroc. Chym. Beguin. pag. 406.

CA-



## CAPUT IX.

DE

## FLORIBUS ANTIMONII VUGARIBUS.

**F**lores à Chymicis nominantur plerumq; tenuiores partes corporis, à crassiore, artificio sublimationis, separatæ. Neq; sanè ineptè. Latini enim florem pro optima rei parte accipere solent: Vulgarissimi verò sunt flores ☿ de quibus sub capite de Pectoralibus agemus, & ♀nii, qui ita parantur:

Antimonium, vel Regulus Antimonii ponatur in Sublimatorium terreum, quod in arenam ponatur, usq; ad Alembicum, & accensò igne ascendunt Flores; Nonnulli, ut & ego, pro uno Alembico, utuntur quinq; ollulis sibi mutuò accommodatis.

## OBSERVATIO.

Ignem gradatim admove, & cave, ne ignis sit nimium fortis, aut debilis: Si enim fortior sit ignis, funditur Antimonium, nec sublimatur: Si verò iusto debilior, non ascendunt Flores; Si reòè ignem rexeris, habebis triplices flores Antimonii, nimirum albos, flavos & rubros; albos serves ad usum.

Notandum hïc quoque, quod Chymiatri vel sine additamento, vel cum additamento solent sublimare Antimonium. Absque additamento quomodo sublimetur, jam diximus, nunc quoque docebimus modum cum additamento.

R. Antimonii ℥. iij. pulverifetur. Adde Salis Ammoniaci ℥. ij. ☉ ℥. j. Mista ponantur in terreum sublimatorium atq; per arenam fiat sublimatio, ut in ☿re docebitur, atq; invenies in Alembico flores rubeos. Quod verò in summitate cucurbitæ invenitur adde illi, quod in fundo relinquitur, & cum Salis Ammoniaci ℥. iij. miscetur, iterumq; sublimetur, atq; invenies flores flavos.

Quidam ita sublimationem Antimonii cum additamento instituunt.

R. Vitri Antimonii & Salis Ammoniaci partes aequales, & in vase sublimatorio sublimatio instituat. Flores sublimatei aquâ dulci ☿ & ♀ eluantur & separentur, atq; evadunt flores albisimi.

## VIRES &amp; USUS.

Hi flores quamvis dentur in 1. Hydrope.

2. Delirio.

3. Peste.

4. Febris.

5. Pleurisi.

6. Lue Venerea.

7. Ulceribus malignis:

Attamen usu observavi, eos non facile esse dandos, nisi correctos, quorum correctionem alii aliter instituunt: Hæc mihi præ cæteris usus est, quâ mitiores redduntur.

R. Florum antimonii, quantum velis,



velis, & hos aliquandiu tere cum Sale communi, & aquâ dulci elue. Si spiritu vini & mellis circulentur per mensem; vel in loco calido, papyro tecti, ita per mensem unum atq; alterum stent, & quotidie bis aut ter agitentur, mitiores quoq; fiunt. Alius modus, & quidem omnium utilissimus à Crollio descriptus, paulò post sequetur.

Jubeo hinc prudentem esse quemlibet in administratione medicamentorum horum, in quibus exhibentis summa notitia in re Medica requiritur.

## CORRECTIO ALIA †

R. Flor. † ritè prepar. q. s.

Procede cum iis, ut Crollius p. 1. 32. & Begin. in suo Tyrocinio scholiato pag. 392. docet.

Postea sume loco Tincture aromatizate, que citatis locis invenienda est, sequentem Tincturam.

R. Galange.

Cinamomi,

Gall. moschat.

Maceris.

Zedoaria,

Garyophyllor. ana ℥j.

Croci ℥j.

Spec. aromat. ros.

diamarg. frig.

dianthos,

diamosch. d.

latitie Galeni,

Gall. Moschat.

Cortic. Citri,  
arantiar. ana ℥j.

Ben albi,  
rubri,

Ligni aloes,

Spice Indica,

Schenanti ana ℥j.

Ambra,

Moschi anagr. v.

Fiat Tinctura cum spiritu vini alcoholisato, ut moris est, & perge ut capite XI. dictum:

Alii sequenti Tincturâ pro correctione Flor. Antimonii utuntur.

R. Cinamomi

Galanga

Zedoaria,

Rosar. rubri.

Sem. anisi.

Fœnic.

Coriandr. prep. ana. ℥i

Spec. arom. rosat. Gabr.

Latit. Galen.

cordial. temper.

diam. frig.

Ligni aloes.

Ben. alb.

rubri,

Santal. albi

rubri,

citri, ana ℥jss.

Ambra,

Moschi ana gr. v.

Fiat pulvis, vel species pro Tinctura cum spiritu vini.

## CAPUT XI.



## CAPUT X.

DE

## ROSA VITÆ.

CONFICITUR Rosa vitæ ad modum, qui præstò sequitur.

R. *Aquila vitæ nostr. descr.* ℥j.

*Auri purissimi* ℥j.

*Funde, pulverisa, & extrabe beneficio Spiritus Salis Tincturam, quam postea abstrabe ad oleitatem. Hanc oleitatem insilla in Salis margaritarum pulverisatarum semiunc. misce in mortario marmoreo; exicca lento igne, & gradatim reverbera ad calorem usq; purpureum.*

## DOSIS.

*Agr. v. ad x. manè in juscule instaurante, vel alio liquore convenienti, aut conservâ rosarum.*

Datur in ciendis vomitibus magno cum successu, præsertim in iis morbis, qui in superiori ventre ho-spitantur, quales sunt omnes tusses, pleuritides, anginx, anorexiæ, ru-

cus, atque infiniti alii hujus generis morbi.

Plerunque quatuor vomitus, & totidem fecesus promovere solet.

Ego in formâ sequenti exhibere soleo:

R. *Panchymag. Croll. gr. xj.*

*Etract. Rhab. gr. iij.*

*Rosa vitæ à gr. vj. adx.*

*Ol. Cinamomi.*

*Citri,*

*anthos. ana. gut. ij,*

*Fiant pil. numero x. dentur pro duabus dosibus.*

*Vel.*

R. *Extract. Rhab. ℥ss.*

*Pulv. rose vitæ gr. vj.*

*Ol. Citri.*

*Margarit. præp. gr. vj.*

*Fiant pilule numero X. Dentur, & S. Willen pro 2. dosibus.*

## CAPUT XI.

DE

## FLORIBUS ANTIMONII ALIO

## MODO CORRECTIS.

CUM Antimonium mera Saturni Marchasita, ut supra memini, & exinde minimæ qualitatis deleteriæ expers habendum sit, diligentes Chymiatri, ne forsan præposterò usq; daretur occasio ludendi de corio

humano, ed omnes nervos intendere, quomodo venenatâ illam qualitatem demendi modum excogitare possent: Propterea non facile Flores Antimonii dandos esse, omnium Hermeticorum Medicorum con-

L fen



sensu probatur, etiamsi omne heterogeneum in ipsis per sublimationis viam aufugere non pauci autumant, nisi Spagyricè correctos, quorum correctio varia ac diversa apud Chymicos, in hoc autem præcæteris Crollium attigisse scopum, quorundã autoritates volunt, quando talem modum Flores Antimonii corrigendi pag. 132. describit; Cujus operatio præstò sequitur.

*Primò habeantur Flores Antimonii albi, vulgari Chymicorum more preparati, sublimatione scilicet, medianzibus ollis artificiosè sibi mutuo incumbentibus. Vel sumantur illi qui benesicio Retortæ parantur, dum pulverisatum Antimonium arene pure admixtum sine omni capite mortuo ignis violentiã in flores redigitur.*

*Postea R. Salis Friquenti solutione & coagulatione summè depurati, quantum vis, & affunde tantum de aceto destillato, quantum pro solutione salis sufficit, abstrabe acetum lento igne in balneo, vel fac, ut evaporet, affunde vicissim acetum destillatum, ut dictum, & abstrabe eodem modo reiterando laborem, donec acetum ejusdem saporis destillando egrediatur, quod octava, vel nona imbibitione & destillatione fiet.*

*Hujus igitur Salis aceti Spiritu impregnati, & exsiccati acsipe, exempli gratia, ℥ss. Florum Antimonii alborum ℥j. misce, & in crucibulo ad ignem*

*liquefiant, massam liquefactam ferè instar sanguinis rubeam. effunde super marmor, ubi refrixerit, erit coloris cineritii: Postea tere materiam, & effunde illi in vitro sequentem aquam vitæ aromatizatam.*

*R. Galangæ,*

*Gallia moschate.*

*vel ejus loco specier. Diarrhod. Abb vel diamargar. frig.*

*Garyophyllor.*

*Cinamomi.*

*Maceris ana ℥ß.*

*Croci ℥ij.*

*Terantur mediocriter, & offundatur Alcohol vini, in lento cinerum calore Tincturam extrahere, postea per declinationem aufer tinctum spiritum vini, & affunde recentem, donec amplius non tingatur: Demum omnem spiritum vini tinctum & aromatizatum affunde Tartaro, & Antimonio simul, ut dictum est, liquefacto, addendo Salis Perlarum & Corallorum ana ℥ij. omnia vitro clauso digerantur in calore cinerum per duos dies: Postea adaptato capitello destilletur lento igne Spiritus vini, & remanebit in fundo Tinctura aromatum cum pulvere ℥nii & Tartari, abstrabantur omnia ad siccitatem, color erit instar Garyophyllorum: ita habebis Antimonium optimè correctam.*

*Servetur in vitro clauso pulvis, quia in aere resolvitur: Sine ullâ formidine tutò intra corpus exhiberi potest.*

OB-



## OBSERVATIO.

Medicamenta, quæ ex Antimonio parantur, commodissime fieri; Sole & Luna in Aquario, vel piscibus existente Astrologi arbitrantur.

## VIRES &amp; USUS.

Flores hi correcti non minus Stomachum, & totum corpus hominis à vitiosis humoribus ac ægrotudinibus, quam metalla à suis superfluitatibus  $\frac{1}{2}$  expurgant: & complures sanè morbi magni sunt ipsis curati, qui aliis pharmacis cedere noluerunt, cujus rei exempla multa apud Andernacum, Gesnerum, Cratonem, Rondeletium, Platerum, Rulandum, ac inter hos principem Paracelsum extant. Ergò conferunt,

1. Epilepsiæ.
2. Apoplexiæ.
3. Hydropi.
4. Morbo Neapolitano.
5. Lepreæ.
6. Febris, præsertim quartanis.
7. Alopeciæ.
8. Ictericæ.
9. Universas quoque in corpore vires ac facultates mirificè restaurant, ac renovant hi Flores.
10. Obstructiones Epatis & Lienis, totiusq; corporis referant.
11. Intestinorum dolores sanant.
12. Podagricis & Astmaticis auxiliantur.
13. In Mania, Fascinatione, & Philtro nihil præstantius.

15. In Phthisi & Hæctica ejus usus periculosus.

16. In Peste nihil conducibilius & salubrius.

17. Morbis omnibus in universum opitulatur, quos atra bilis excitat.

18. Cæteros effectus facillè usu addiscet Medicinæ Tyro.

19. Tandem per alvum, per superiora, per poros, per insensibilem transpirationem noxia copiosè expurgant.

## DOSIS.

*Dosis à gran. iij. ac vj. præsertim in robustioribus ex vino, brodio Gallinæ, sorbili ovo Syrupoviolarum, conserv. Borriginis, vel Rosarum. Vid. Bas. Chym. Croll. Pag. 132.*

## DE

## TERRA SANCTA RULANDINA.

R.  $\frac{1}{2}$  Ungaric. eleganter Ariati  $\mathbb{H}ij$  super laminam ferream, vel regulam prunis impositam, radicula ferreâ, continuè agitando moveatur, donec in calcem redigatur. Si ignis regimine non satis cautè ad ministrato coëat in grumos, ab igne removendum, denuò terendum, calcinandum donec in calcem gryseam non amplius fumigantem abeat.

*In fundatur  $\mathbb{z}j$  in vini  $\mathbb{H}ss. p. n. Dosis ab.  $\mathbb{z}ss. ad \mathbb{z}ij.$$*

L 2

CAPUT XII.



## CAPUT, XII,

DE

## OLEO ANTIMONII.

**P**Ræparatio Olei Antimonii ita se habet;

R.  $\frac{1}{2}$  nium, calcinetur illud ad summam albedinem. Huic affunde q. s. aceti destillati, & in balneo vel loco calido Essentia salina extrahatur, & postea acetum abstrahatur.

Alii Spiritum vini recipiunt. Hinc per chartam bibulam aliquoties trahitur idque aliquoties repetatur, donec Sal fiat candidissimus, qui in cella liquefeit, & solvitur in rubicundum, & dulcem liquorem. Alii post primam cum aceto extractionem postea cum Spiritu vini extrahunt, & per mensem digerunt, & tandem Spiritum vini destillando, separatò oleum destillant.

## VIRES &amp; USUS.

Usus hujus Olei non multum est diversus à cæterorum vomitivorum ex Antimonio usu: Propterea commodissimè datur:

1. In febris.
2. Peste.
3. Fascinationibus.
4. Dementiis.
5. Philtris.
6. Mania,
7. Epilepsia.
8. Apoplexia.
9. Scabie, Lue Venerea.
10. Obstructionibus, Epatis & Lienis.

ii. Aliisque multis diuturnis & periculosis affectibus. Vid. Pract. Chymiat. D. Hartmanni p. 9.

## DOSIS.

Hujus olei exhibentur gut ij. vel v. pro ratione virium egrotantis in convenienti vehiculo.

Pulvis VALDE utilis in præpostero usu Mercurii & Antimonii.

R. Sal. Perlar.  
corall.

C. C. Philosoph. præp.  
Spec. aromat. ros. Gabr.  
Diamarg. frig.  
de gemmis,  
Latit. Galeni

Cord. temperat. ana ʒj.

Lap. bezoard. Or. ʒʒ.  
hyacyn.

Unicornu ʒj.

Succini,

Rad. Valerian.

Diptamni,

Angelic.

Sal. Absn.

Scordii,

Ruta,

Fraxini,

Card. bened. ana ʒʒ.

Terr. sigillar,

Os. de corde Cervi,

Lactis



Lactis  $\frac{1}{2}$ ris,  
Santal. citrin.  
albi.

Ben alb.  
rubri ana  $\mathcal{J}$ .

Ambrae,  
Moschi, anagr.  $\mathcal{ij}$ .

Ol. ruta.  
citri, Cinamomi, arantiar.  
rosar. anagut.  $\mathcal{ij}$ .

Fiat secundum artem pulvis subtiliss.  
dosis à  $\mathcal{J}$ . ad  $\mathcal{ij}$ . in vehiculo con-  
venienti.

## CAPUT XIII.

DE

## ELECTUARIO ANTIMONIALI,

**E**lectuarium Antimonii componitur ex vitro Antimonii, & ejus correctivis:

Vitrum verò Antimonii sic efficitur:

R. Antimonium optimum, subtiliter pulverisatum, adde  $\ominus$  dimidium, & pone in vas sigulinum quadratum, non vitreatum, aut aliàs in simile amplum: Vas illud ad medietatem vix impleatur, ne inter agendum aliquid ejiciatur; vas ne loco moveatur bene situetur, ita tamen, ut carbonones accendantur sub dio, vento si lente & secundo. Agitetur continuè rudiculà, & videbis fumum exhalantem quem caveas.

Quando jam animadvertis  $\frac{1}{2}$ niium in vase quasi liquefcere, vasi adherere, & conglobari, mox ab igne vas cum  $\frac{1}{2}$  deponito, & nihilominus cum rudiculà vertito, donec in glebas concrefcet & refrigeretur: Deinde concretum, & frigidum  $\frac{1}{2}$  iterum tere subti-

liter, contritum rursus, ut antea, igni admove paulatim  $\frac{1}{2}$  ignem auge, & cum rudiculà move continuè, donec rursus liquefcere quasi, & vasi adherere incipiat, vasq; quasi igniatur.

Tum iterum ab igne deponito, & rudicula semper moveto, donec rursus in glebas quasdam concrefcet, & refrigeretur. Iterum conglobatum tervito, donec nihil amplius effumat, nulloq; fœtorem emittit, & simile albi-canti vel rubicundo cineri apparet, aut etiam prunis injectum nihil fumat.

Postea R. crucibulum, igni admove, ut intus & extra igniatur. Deinde injice parum de illo  $\frac{1}{2}$ ni calcinati pulvere, & sinas liquefcere, donec  $\frac{1}{2}$  igni & ignito crucibulo simile fiat: Liquefcens guttatim funde super lapidem, si satis calcinatum est, tùm  $\frac{1}{2}$  fuisum colorem refert rubeum, aut rubini, aut granati; sin adhuc nigrum fuerit, iterum admoveo igni, & ignem paulatim augeto, donec rursus

L 3

ita



ita liquescere, & vasi adhaerere quasi videatur. Hinc ab igne deponito, rudiculâ agitato, donec refrigeretur, & siterum in glebas concrevit, iterum terito, ut cineri albo simile appareat, & non amplius scintillet. Postquam igitur ita calcinatum est Antimonium, impone materiam olla vitreata, affunde aquam ferventem agita cum baculo. Ubi paulatim resederit, innatantem aquae salem vel materiam cochleari detrabe.

Postea ubi bene subsederit, effunde aquam, & aliam calentem affunde, & si quid supernatet, tolle.

Tertio rursum effunde, & acetum destillatum calens eodem modo affunde, salemq; & materiam innatantem detrabe, & cum subsederit  $\frac{1}{2}$  effunde.

Ultimò exsicceetur  $\frac{1}{2}$  & crucibulo ignito injiciatur, ut liqueat. Liquefactum, in lapideam tabulam effundatur. Si nondum satis pulchrum est, iterum fundi potest.

Hujus pulveris sume  $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$ .

Theriace Andromachi  $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}\mathfrak{ss}$ .

Spec. Liberant.

Diamarg. frig. ana  $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$ .

Nuc. moschat.

Mastiche,

Corticum Citri.

Arantiar.

Corall. rubr. prepar. ana  $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$ .

Garyophyllorum. Sem. Corian.

Olei Anisi, fan. ana  $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$ .

Eaniculi,

Carui,

Citri.

Cinamomi, ana gut. 6.

Pulverisanda pulveriscentur, & fiat Electuarium, cum myva Cydoniorum, quant. suffic.

Aliquando & sic correxo  $\frac{1}{2}$  per Oleum vel Spiritum Vitrioli. In Vitri  $\frac{1}{2}$  in pulverem redacti  $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$  instillentur Spiritus, vel Olei Vitrioli  $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$ . ac miscantur. Postea in catino ad lentum ignem exsicceetur materia, atq; eadem quantitas Spiritus Oli affundatur, iterumq; exsicceetur; Idq; septies repetatur, ut fiat pulvis. Postea ex Mastiches  $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$ . cum Spiritus vini lib. 1. fiat extractio, in qua dictus pulvis per triiduum maceretur. Spiritus vini in crucibulo accendatur. Post conflagrationem verò Spiritus vini cum Mastiche idem pulvis exsicceetur, & cinerum lento igne in patellâ vitreâ horas 12. donec pallefcere incipiat, digerentur.

Hujus pulveris sume  $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$ .

& eadem proportione cum superioribus speciebus, mastiche omisâ, ac cum myva Cydoniorum fiat Electuarium Antimoniale.

#### VIRES & USUS.

Hoc Electuarium Antimoniale magno cum successu datur Robustis.

1. In Hydrope.
2. Peste.
3. Quartana.
4. Longis obfirmatisq; morbis.
5. Febris diuturnis,

6. Ca.



6. Cachexia.
7. Melancholia,
8. Infania.
8. Delirio.
10. Venenorum haustorum  
symptomatibus.

D O S I S.

Dosis utriusque à gran. ʒ. ad gr.

6. habitâ ratione virium ægrotantis, Vid. Croll. p. 134.

DE ALIO ELECTUARIO ANTIMONIALI.

Aliud etiam mihi in usu est Electuarium Antimoniale, quod sic se habet:

R. Antimonii ritè prepar. ʒʒ.

Spec. Electuar. de gemmis.

Specier. Diamarg.

frig.

Liberanti.

ana ʒʒ.

Pulveris mastiches ʒʒʒ.

Garyophyll.

Campbora,

ana ʒʒ.

Tberiacâ Andro.

Micbridatii ana ʒʒʒ.

Oleor. Citri.

Cinamomi.

Garyophyll.

anagutt. x.

Fiat ex mistis, secundum artem

Electuarium.

VIRES & USUS.

Hoc Electuarium convenit Rœbustis in 1. Peste.

2. Hydrope.

3. Infania.

4. Febribus.

5. Melancholiâ.

6. Aliisq; morbis diuturnis.

D O S I S.

Dosis à ʒj. ad ʒʒ. vel ʒij. quæ habet Antimonii gr. v. in convenienti vehiculo, Vid. Tr. de Hyd. D. Lipsi p. 79.

C A P U T XIV.

D E

CROCO METALLORUM.

Chymiatrî quidam nomen Croci medicamenti quibusdam dedere ob colorem croceum. Sunt autem Croci nihil aliud, quàm subtiles pulveres, vel tincturæ in pulverum formam redactæ, crocei coloris. In Medicina autem præcipuè sunt Crocus Metallorum, & Crocus Martis.

Crocus Metallorum verò ita appellatur, quòd ex Antimonio, quod prima radix metallorum creditur, conficiatur hòc modò:

R. Nitri puri, benè defæcati ℥j. vel ℥ij. ʒnii totidem, fluat nitrum in sartagine lento admodùm igne, sine ullâ tamen violentiâ vasis ignitione, remove ab igne vas, & adde

An.



Antimonii probè tenuiterq; pulverisati: Si misceri sese patiuntur invicem sine inflammatione & detonatione benè quidem. Sin minùs abfiste aliquandiu, donec justam refrigerationem Nitrum nactum, omninò sibi pulverem Antimonii paulatim ab initio, sed postea conferatim commiscendo pati & retinere queat, omnia verò continuò spatulâ ferreâ agitentur. Ubi invicem omnia probè fuerint mixta, accende totum carbone vivo, vel potiùs candente ferro ubi detonuerunt, paratus est Crocus metallorum. Tunc nimirum Antimonium hoc modo elaboratum, non abfimile croco relinquitur.

Vide notas ad Croll. p. 187.

Alii sic præparant:

R.  $\frac{1}{2}$  ℥ii & Salis petrae ana. Misce & trita impone mortario ferreo inclinato. Deinde adhibito carbone vivo accende pulverem, tandem  $\odot$  separa & Crocum edulcora. Sed prior modus melior est.

#### VIRES & USUS.

1. In doloribus capitis sæpè ab impuritatibus ventriculi illud lancinantibus.
2. In Epilepsiâ, Apoplexia.
3. In pleuritide tam notha, quàm exquisita.

4. In tussi inveterata, Asthmate, Peripneumonia, Angina.
5. In plerisq; ventriculi affectionibus.
6. In Melancholiâ Hypochondriacâ.
7. In Peste.
8. In præservatione ab Arthritide, ejusq; speciebus omnibus.
9. In vermibus cujuscunq; generis sint.
10. In omnis generis Febribus.
11. Hydrope.
12. Ictero.
13. Ulceribus malignis.
14. Scabie & Lue Venerea.
15. Est excellens remedium in omnibus infirmitatibus, quæ purgatione indigent, & ex humorum putredine originem trahunt.
16. Mundificat sanguinem in Venis, & medullam in ossibus.

#### D O S I S.

*Dosis à gran. ij. iij. iiij. nimirum in conserv. rosar. Theriaca, vel brodio carnis. Meliùs & tutiùs dantur gr. iiij. si in vino per noctem steterint. Et manè per chartam bibulam transcolata fuerint. Vid. Tyr. Chym. Beguini pag. 291. & 292. Notas ad Croll. p. 185.*

CAPUT. XV.



## CAPUT. XV.

DE

## AQUA BENEDICTA QUERCETANI.

**E**X Croco Metallorum conficit Regius ille Medicus, Josephus Quercetanus, suam Aquam Benedictam, quam ita scribit.

R. Croci metallorum ad Quercet. descr. ℥β. vel q. s.

Aqu. Carduibened. lib. iijβ.

Cinamomi ℥β.

Macera omnia per biduum aut triduum, deinde transcola, & usui reserua.

## VIRES &amp; USUS.

Vires cum Croco Metallorum in omnibus conveniunt, propterea eas hic repetere non necessarium esse duco.

## DOSIS.

De hac Aqua sume à ℥ij. ad ℥β. vel ℥vj. horis matutinis: non est ingratisaporis, mirè provocat vomitum, & præterea quoque sedes evacuando per inferiora promovet, quod vix præstabit aliud remedium.

VEL MODO PARTICULARI  
SIC:

R. Croci metallor. gv. v. vel vj.

Aqu. cardui bened. ℥ijβ,

Cinamom. ℥β.

Stent in fusione per noctem, manè cola & adde syrup. violar. succi citri Caryophyll. an. ℥β.

Misce.

Aut.

R. Croci metallor. gvij.

Vitri ½ gj.

Schœnanith.

Macer.

tragacanth. an. giiij.

Stent. in fusio p. n. in vini alb. ℥ij.

In loco calido Colatura per inclinationem depurata addantur sequenti manè.

Syrup. acetos.

ros. c. Rhab. an. ℥β.

M. Exhibeantur in aurorâ post quadrantem horæ hauustum cerevisiæ calidæ cum modico butyri recentis, itidemque post singulos vomitiones superbibendo, & horâ somni ante & post vomitionem potionem cordiolem usurpando.

## AQUA BENEDICTA

D. HARTMANNI.

R. Vitrum Antimonii præparatum: Verbi gratia ℥j. ℥ij. vel iij. vini infunduntur, & vitrò benè firmiter, cooperculatò aliquandiu insolan- tur, donec nempe liquor citrinum colorem induat, postea filtratur, & vicis- sim in vitro benè clauso asservetur. E- jus à ℥j. usus ad ℥ij. vel ℥ij. vel ad ℥vj. ad summum in aquâ destillata appro- priatâ, magno cum fructu.

## SYRUPUS VOMITIVUS

D. HARTMANNI.

R. Prædictæ Tincturæ ex Croco Metallor. & vino ℥vj. Aqu. rosar.

M

opt.



opt. ꝑss Cinamomi ꝑij. relinque per  
horas xij. in loco calido. Colatur. ad-  
de Sacch. alb. ꝑvij. Fiat Syrupus ad  
mediocrē consistentiā. Dosis est à ꝑj.  
ad ꝑij. vel ꝑij. si opus fuerit ex cocleas  
ri, absorpto paulò post iusculo insalito.  
Hæc Syrupi Dosi feliciter tolluntur co-  
lici dolores ad paresin tendentes, eo-  
dem catarrhi suffocativi, & plerumq;  
ad pulmones & cor delapsi, mirificè  
exterminantur: Si præsertim capitis  
postearatione habità & fluxus sista-  
tur & cerebrum confortetur.

Quibusdam in secreto est  
Spiritus ꝑialis hic:

R. Spiritus anisi ꝑvj.

Vitrum  $\frac{1}{2}$  ꝑij.

Stent in infusione in loco calido per  
aliquot dies postea filtrantur. Dos,  
ꝑij ad ꝑss. in Julebo violar. &c.

NB. Pleraque hæc medicamen-  
ta solent apud diversos diversas  
operationes edere, plerumque ve-  
rò per superiora purgant: nonnun-  
quam etiam succedentibus vel et-  
iam solis alvi fecesibus, aliquando  
& sudoribus simul, vel solùm, pro-  
deuntibus Vid. Hartmanni Notas  
ad Croll. pag. 190.

## CAPUT XVI.

DE

### AQUA EMETICA NOSTRA.

R. Croci Metallorum ꝑss. vel q. s.

Pulv. Cinamomi,

Spec. Liberant. ana ꝑij.

Infunde hæc per horas XII. in Aqu.  
Carduibened. ꝑss. & postea cola per  
chartam bibulam, & adde

Syrup. de Cort. Citr. ꝑij.

Violar.

Cydon.

Garyophyllor. ana ꝑss.

Stent iterum ad dies duos, & ite-  
rum colentur per pannum, & serven-  
tur pro usu. Notandum hic, quòd hæc  
Aqua non diu duret: Propterea  
semper in minori dosi preparanda est.

VIRES & USUS.

Hæc Aqua Emetica non sine ma-

gno successu Robustis propinatur;  
nam fortiter purgat ea, quæ sunt  
tam in superiori, quàm inferiori  
parte ventriculi, & nihil noxiorum  
humorum in corpore relinquit post  
se, propterea datur in.

1. Omnibus morbis, qui purga-  
tione indigent.
2. Hydrope nimirum.
3. Febris tertianis.
4. Quartanis.
5. Melancholia hypochondriaca.
6. Peste.
7. Lue venerea, Scabie.
8. Morbo Scorbutico.
- 9: Mania, Epilepsia, Apoplexia

&



& cæteris morbis difficulter curandis.

## D O S I S.

Datur à ℥ß. ad ℥vj. per se.

## A L I T E R.

R. Croci Metallor. ℥iß.

Pulver. Cinamomi.

Spec. Diambri.

diamarg frig.

aromat. rosar. ana ℥ß.

Aqu. Card. bened. ℥ß. jß.

Infunde in loco calido per horas 20.

Postea cota per chartam bibulam, & adde.

Syrup. de cort. cit. ℥iij.

Viol.

Cinamomi.

Ol. Citri.

Cinamomi.

Caryophyll. ana. gut. ij.

Fiat mixtura, Dosis eadem.

## C A P U T XVII.

## D E

## SYRUPO EMETICO.

Hic Syrupus sequenti modò paratur.

R. Croci Metallorum ℥iß.

Pulveris Cinamomi ℥ij.

Galange.

Garyophyl.

Maceris.

Spec. Liberant. ana ℥ij.

Croci ℥ß.

Infundantur hæc in

Aqu. Rosar. fragr.

Card. benedict. ana ℥vij.

Per horas 24. Postea incolatura dissolvantur Sacchari ℥xi. & ad Syrupi consistentiam coquantur.

## V I R E S &amp; U S U S.

Hic Syrupus non modò adultioribus propter dulcem & amabilem saporem; Verum etiam ipsis infantibus, qui aliàs facile recusant me-

dicamentorum usum, exhiberi potest: Sed tamen cautio adbibenda, ne, posthabita ratione, singulis infantibus propinetur, & ubi alia mitiora medicamenta locum habent, usurpetur. Datur autem in.

1. Delirio.
2. Epilepsia.
3. Apoplexia.
4. Febribus.
5. Pleurisi.
6. Lue venerea.
7. Scabie, &c.

## D O S I S.

Dosis Syrupi hujus est ℥ß. ad ℥j. vel ℥iß. Paulò post exhibeatur jusculum carnis.

## S Y R U P U S V O M I T O R I U S.

Alarhazi Palmarij.

M 2

Vitri



Vitri Antimon. ℥j.  
 Vin. alb. ℥vj.  
 Cinamom. el. ℥iſſ.  
 Aqu. cinamom. ℥ſſ.

rosar. ℥ij.  
 Infundep. n. Colatur. adde.  
 Sacchar. alb. ℥vij.  
 R. Syrupus ab ℥ſſ. ad ℥vj vel ℥j.

## CAPUT XVIII.

DE

VOMITORIO VEGETABILI PLATERI,  
ET ALIORUM.

R. Nuc. jugland. circa festum  
 Johannis Collectarum,  
 Radic. Raphani  
 ana part. ij.  
 Aceti vini destillati part. qua-  
 tuor. Conquassatis nucibus & raphanô  
 fiat digestio leni calore per dies quin-  
 que: postea destilla per Alemb. in Bal-  
 nco.

## DOSIS.

Dosis ℥ij. vel ℥ſſ. Fortificatur ali-  
 quando cum aqua Benedicta, dimidiâ,  
 vel tertiâ parte.

ALIA PLATERI DESCRI-  
PTIO IN OBSERVAT.

R. Syrup. acetos. simplic.  
 Oxymell. Simpl.  
 Ol. amygd. d. ana ℥j.  
 Aqu. nucum jugland.  
 raphan. ana. ℥ij.  
 Mis fiat Vomitorium.

## ALIA RODERICI FONSECAE.

R. Juris pulli ℥vj.  
 Oxymell. simpl. ℥ij.  
 Pulv. radic. asari ℥j.  
 Sem. raphan. ℥j.  
 Misce.

## ALIA EJUSDEM.

R. Pulv. radic. asari ℥ſſ.  
 Aqu. Card. bened. ℥iiij. M.  
 & Dasecure.

## ALIA EJUSDEM.

R. Flor. ℥nii gr. vij.  
 Conserv. rosar. ℥j.  
 Oxymell. bellebonat. q. s.  
 Fiat Mixtura.

## VEL.

R. Folii asari no. vj. vel vij.  
 F. pulvis d.

## AUT.

R. Pulvis asari ℥j.  
 gumm. de perugr. v. vel vj.

## SIC:

R. Pulver catholic. purgant. ℥ſſ.  
 Mercur. vita giij.  
 s. Brech. Pulverlein.

R. ☿ Emetic. Mynsicht giij. v. vel vj.  
 d. s. Brech. Pulverlein.

R. Croc. metallor. absinth. Mynsicht.  
 gr. iij. ad vj. d. s.

Brech. Pulver auff 1. maht.

R. Conserv. gratiola vel Nicotiana  
 ℥ij. vel ℥iiij. ad ℥ſſ.  
 d. s. Brech. Zucker.

R. Con-



R. *Conseru, flor. persicor. ʒij.*

*spec. dia ʒris Mynsicht ʒß.*

*s. Brech. Zucker.*

R. *Pulp. passular. ʒj.*

*ʒ vit. correct. gij. adv.*

*d. s. Brech. Eartwerge.*

R. *Pyror. Moschatellin. condit. No. ij.*

*Evacuentur efundantur fl. ʒ argen-  
tearum gr. iij. vel iiij. s.*

*Brech. Biernlein auff 1. maß.*

R. *Cerasor. condit. no. ij.*

*Eximantur nuclei ʒ indentur  
flor. ʒ gr. iij. vel iiij.*

*d. s. Brech. Kirschen auff 1. maß.*

R. *Extmct. asari ʒß.*

*ʒ vit. correct. gij.*

F. l. a. *Pilule s. Brech. Pituten auff  
1. maß.*

R. *Oxy sacchar. vomit. contr. pest*

*Angel. salz ʒij. vel iiij ad ʒvj.*

*d. s. sondersich Brust. Safft.*

R. *fol. Tabac. ʒj.*

*Santal. rubr. ʒß.*

*Vel adderofar. rubr. p. j.*

*In fund. in spirit. vin. vel etiam vino  
simpl. postea exprimentur, filtr. ʒ  
edulcor.*

*Julep. ros. s. Brech. Wein auff 1. mal*

R. *rad. asar. ʒj.*

*aqv. febrifug. ʒiß vel: Vini*

*absintbit. opt. ʒij.*

*Syrup. d. cinamom. ʒij.*

*M. d.*

DE VOMITIVO CUN  
RADINO.

R. *Radic. bryon,*

*cyclam. ana ʒij.*

*Hellebori albi ʒj.*

*His radicibus probè mundatis, ʒ  
siccatis, in pulveremq; reductis, affun-  
de Spir. Vini ad eminentiam trium  
digitorum. Stent in Balneo per dies  
iiij. faeces exime, ʒ comminus, quando  
destillaveris. Spir. vini antea destill.  
iterum affunde, ʒ relinque aliquan-  
diu in vase calido obturato; Postea  
filtra, ʒ habebis verum vomitorium.  
Iusq; penna extremas plumas aqua hac  
madefac, ʒ sic madefactum immerge  
in haustum vini Malvat. Et ablue.  
Postea bibe, ʒ evomes,*

DE COAGULO ASARI.

*Ex fol. ʒ radicib. Asari cum S. V.  
extrahitur Tinctura, quæ cum ʒ  
ejusdem conjungitur, ʒ facta in  
B. M. lentò igne digest. Spirit. V. in  
B. abstrahitur ad consistentiam, vel  
Coagulum. Cujus Dosis à ʒj ad ʒß.*

ALIUD VOMITORIUM.

R. *Cortic. jugland. terra proximior.*

*Radic. sambuci ana Mß.*

*Incisa macerentur per noctem in vino,  
manè leniter ebulliant, ʒ colata pro-  
pinentur.*

VEL.

R. *aqv. aneth.*

*raphan. an. ʒiß.*

*Oxymel. squillitic. ʒß.*

*Sal. ʒli ʒß.*

*M. F. Potiuncula Emetica.*

VEL.

R. *aqv. nucum.*

*M 3*

*raphan.*



*rapban. an. ℥j.*  
*Syrup. acetos. f.*  
*Oxymel. simpl. an. ℥β.*  
*Gill. Theophrast. gvj.*  
*M. F. Potio.*  
 V E L.  
 R. *Sem rapban.*  
*atriplic. an. ℥iij.*  
*rad. asari ℥β.*  
*aqv. comm. Coqv. f. q.*  
*Colatura ℥viij. adde*  
*Oxymell squillit. ℥ij.*  
 S. *Brech. Fräncklein.*  
 ALIUD NYMMANNI:  
 R. *aqv. hordei ℥iij.*  
*aneth. ℥iβ.*  
*Syrup. acetos. citr.*  
*Oxymell. simpl. an. ℥β.*  
*ol. commun. ℥iij.*  
*Misce.*  
 ALIUD EJUSDEM:  
 R. *Sem. genifæ*  
*atriplicis.*  
*rapban.*  
*aneth. an. ℥j.*  
*rad. asari ℥β.*  
*Coque in aqua q. s. in colaturâ*

*dissolve Oxymel. f. ℥j.*  
*F. Vomitorium.*  
 ALIUD HYSTERICUM:  
 R. *Sal. Ⓟli opt. prepar. ℥β.*  
*Syrup. flor. persicor. ℥vj.*  
*aqv. cinamom. ℥β.*  
*facul. bryon. gr. vj.*  
*M. pro haustu.*  
 ALIUD EMETICUM HY-  
 STERICUM:  
 R. *Pulver. radic. asari ℥β.*  
*julep. emetic. ℥β.*  
*Syrup. flor. persicor. ℥iij.*  
*Essent. castor. gutt. xj.*  
*Aqv. hysteric. ℥iij.*  
*M.*  
 V E L.  
 R. *Pulver. asar. ℥j.*  
 Ⓟ Ⓟli ℥β.  
*M. f. Brech. Pulverlein.*  
 ALIUD è SCHOLA  
 GALENICA.  
 R. *Juris raphani colli.*  
*Ol. commun. ℥iβ. ℥iij.*  
*Syrup. acetos. simpl. ℥β.*  
*Fiat potus qui capiatur una vice.*

## CAPUT XIX.

DE  
VOMITORIIS VEGETABILIBUS ALIIS.

Extractum hoc ita paratur. *interi. jugland.*  
 R. *Rad. Esule,* *ana ℥j.*  
*Asari,*  
*Cortic. inter Samb:* *Spec. Aromat:*  
*rosat. ℥β.*  
*Croc;*



Croci metallor. ℥℥.

Fiat cum aq. vita mulierum pretios. secundum Artem Extractum, quod additis Oleor:

Anisi,  
Fenic:  
Carvi.  
anagut.  
vij.

Usui reservetur.

VIRES ET USUS.

Confert hoc Extractum omnibus morbis, qui leniter evacuari per superiora cupiunt, præsertim serosis.

D O S I S.

Dosis à ℥℥. ad ℥j. vel ℥℥. in haustu calida cerevisie butyrato.

Obiter hoc in loco Tyrones Medicinæ celare non possum adhuc duo. Vomitoria, quæ etiam si non è familia Mineralium; tamen ob mirandam vomendi facultatem merito pro arcanis habenda. Unum sic se habet.

R. Oculor: Vel Gemmular. Sambuci, quamprimum sese in folia diffundere volunt ℥iij.

Sach. albi fini ℥iij.

Fiat conserva in fasculo fictili usui reponendo. Hujus conservæ ℥iij. vel ℥℥. aut circiter si utaris non aliter evomes, ac si usus fuisses Vomitivò Antimoniali, & quidem maximò sanitatis commodò. Alterum est tale; quod è Granis Ebuli vel Sambuci sic elicetur.

R. Granor: Ebuli vel Sambuci quant. velis, hæc contundantur, &

inter tundendum præbumeentur, usq; dum unctuositas in apricum veniat. Tum ad ignem calefant ad evaporationem humiditatis; postea prælo subingantur, & oleum exudet copiosè, in solatione aliquandiu purificandum.

VIRES ET USUS.

Hoc oleum valdè efficax, datur non solùm contra.

1. Hydropè, verùm etiam contra
2. Ictèrum.
3. Morbum Gallicum:
4. Febres.
5. Epilepsiam.
6. Interna Apostemata.
7. Venena,
8. Pestem, &c.

D O S I S.

Gutt. X. vel plures: Camarinna ventris expurgant felicissimè.

Aliàs lenes Vomitus excitant Aqua Nole culinariae dua vel tres uncia epota.

Plura qui de hac re scire cupit, consulat Beguinum, Quercetanium, Crollium, Heurnium, Rulandum, & alios, qui de his copiosius scripserunt.

DE VOMITORIORUM IN Genere administrandorum necessariis, observandisq; circumstantiis.

1. Vomitus lædit eos, quibus pectus strictum est, longum collum, & Spiritualia debilia; Sic etiam phtisicos, colicos & insolitos vomere, præpingves, seu crassos, qui ad



ad anginam vel sanguinis sputum parati sunt, & quibus oculi sunt debiles, & cerebrum infirmum habent.

2. Post Vomitus & facies abluatur aquâ rosaceâ, aut vinô bonô stypticô aut acetô, aquâ tepidâ, quibus si aliquid Cinamomi addideris, nihil erit melius.

3. Sanguinis missio à Vomitu differenda est, usque ad tres dies.

4. Ventriculum Vomitus valdè debilitat; Quare Stomachus inde aromaticis stypticis, vel Vinô, aut Cinamomô confortandus est.

5. In exhibitione Vomitorum cavendum, ne adsint constipationes, dolores colici, aut unum membrorum principaliorum læsum, pulmones puta & jecur; alioquin à gravi vomitu & commotione periculum imminet.

6. Quibus Antimonium offeratur, iis nec ante, nec post ejus assumptionem Vena incidenda.

7. Iis rectè datur Antimonium, qui ad vomitum sunt proclives, Stomachum fortem habent, Thoracem amplum & latum, quique vomere aliàs sunt adsveti, & quibus humorum materia sursum fertur.

8. Vomitus quoque non excitandus in imbecillibus morbi diurnitate à viribus ferè omnibus exhaustis.

9. Vomitoria non exhibenda pueris, & aliis mollibus & delicatulis hominibus; colliquant enim eorum tenellas carnes, & quia non habent, in quod agant, vim suam in ipsam Naturam convertunt: Non prægnantibus, nec Herniâ laborantibus.

10. Offeruntur Vomitiva semper duabus vel tribus horis ante pastû.

11. Ubi sese vomitus movet, solet exhiberi jus gallinarum, vel pisorum leviter coctorum, vel calidæ cerevisiæ haustus, reiterando, si opus, aliquoties, ut quis facilius vomat, & medicamenti acceleretur actio.

12. Illis qui ardentibus, venenosis & pestilentialibus febribus valde debilitati sunt, omninò non convenit.

13. In Peste si offeratur  $\frac{1}{2}$ , observandum, ut unâ operâ supra bubonem maturativum; supra Anthracem Attractivum ponatur, alioquin instar scyrrii indurescit, & ad aliquot menses durities illa non remittit.

14. Post sumptum Antimonium semper te in lecto contineas, & paulò post jus carnis, vel gallinæ sumas; ita minori molestiâ evomes.

15. Si dolor capitis ex vomitione oriatur, apponatur capiti & fronti linteum madefactum aquâ lactucæ & Rosarum, cum aceto & oleo Rosarum.



## CAPUT XX.

DE  
SIGNIS APPARENTIBUS A VOMITU  
RITE EXPEDITO.

Cum, sedata vomitione, pulsus bonus, reliquumq; corpus levius, plenus & validus existit, placidus somnus spontè obrepit, facilis est & libera respiratio, appetentia utilis ea censeretur. Contra verò inutilis & noxia, si contraria appareant.

## CAPUT XXI.

DE  
COMPESCENDO VOMITU NIMIO  
IN HYPERCATHARSI SEU IMMO-  
DICA PURGATIONE.

NE quid desit, quæ huic materiæ, circa quam jam sumus occupati, conveniunt, lubet hic paucis annexere, quomodo *ὑπερκάθαρσις*, si fortè talis ex usu vomitorum oriatur, compescenda sit. Ad compescendam Hypercharasin utitur Theriacâ recenti, vel veteri, cum grano uno opii Rob. de Cydon. Aqv. Theriacalis Camphorata, nec non Syrupus de Myrtillis, de Mastiche, de mentâ sistunt *ὑπερκάθαρσιν*.

Ad restringendum sistendumque vomitum fomentationes, inunctiones, Emplastra, cerata ex stypticis debent applicari. Emplastrum de crusta panis ventriculo impositum: Aqua Cinamomi, Somnus ligationes extremorû membrorum, cucurbitula magna umbilico apposita in-

hibent Vomitus, Laudanû opiatum præ cæteris in *ὑπερκάθαρσιν* expertum remedium.

Hypercatharsin sistit quoq; spongia vinò tepidò imbuta & expressa, abdomini imposita; vel aquâ frigidâ podex abluatur, & manus & pedes in aquam frigidam imponantur, & comprimetur fluxus.

Accipe fumum è mastiche & olivano per infundibulum ano suppositum, vel hoc pulvere utere.

R. *Lapidis hamat.*

*Carabe,*

*Corall. rubr. prepar.*

*Psyllii assati ana ℥j.*

Misce cum Syrup. de Cydoniis, & da securè.

Compertum quoque illicò sistere Hypercatharsin sequens stomacho impositum.

N

R. Fer,



R. *Fermenti acris* ℥ij.

*Menta sicca pulv.*

*Mastiche pul. ana* ℥iij.

*Garyophyllor. tritor.* ℥j.

*Aceti parum.*

*Misce, fiat massa, qua extensa super pannum lineum, & calidè applicata insignem operationem præstat.*

Coronidis locò Lectorem admonitum volo, ne hæc vel alia vomitiva vel cathartica ex Antimonio vel ꝑ à circumforaneis istis, vel à Pseudo-Chymicis emat, iisdemq; utatur. Novi enim multos, confisos verbis sesquipedalibus illorum nebulonum, qui in nundinis sese pro Æsculapio venditant, ex usu Sibi vel Mercurii non Philosophicè preparati, sibi ipsis mortem conscivisse. Hic enim vigesies per vomitum, quadragies per secessum exonerans alvum, ita viribus exhaustus est, ut vix tria vel quatuor verba coram Sacerdote confitendo ante obitum facere potuerit.

Alter post usum horum vomitivorum non ritè preparatorum, in Epilepsiam vel Apoplexiam incidit; alius tot tantosq; stomachi cruciatus & dolores sibi accersivit, ut post aliquot temporum intervalla, mortem cum vita præter omnium expectationem commutare coactus fuerit. Imò mihi nota sunt quorundam exempla, qui apertè confessi sunt, se post usum Antimonii, vel Mercurii,

non modò ex levisimis morbis non convaluisse, sed exinde vel Podagricos, vel Phthificos, vel Hydropicos factos fuisse. Quæ quidem in eum finem hic à nobis non dicuntur, ut Antimonialium vel Mercurialium, aliorumq; mineralium remediolorum, præsertim artificiosè concinnatorum, præstantiæ, ac nobilitati aliquid detractum, aut derogatum velimus, cum ipsorum in averruncandis sæpè quantumvis contumacissimorum, longeq; inveteratorum morborum radicibus stupenda vires nobis non sint incognitæ, nosq; divinâ benignitate illorum miraculosos, quos in deploratissimorum aliquos affectuum extirpatione edidère, effectus non semel & observaverimus & admirati sumus: Sed ut tantum quorundam Medicastrotrorum apiticorum effrenem nimis audaciam coerceamus & reprimamus, ne, quod hætenus factitarunt, tam liberè & impunè de corio humano ludant, ac in posterum absq; omni ratione & iudicio in gravissimorum morborum, utpote ipsis nõ magis notorum, quàm cæcis sunt colores, medicationem, importunè ac illotis quasi manibus prouant, medicamentis suis venenatis, ac lethiferis rudissimè paratis, ægrotisq; porrectis, carnificinã potiùs, quàm medicinam exercent, sed meliùs famæ & conscientiæ suæ, nec non salutis,



luti quoque proximi consulere dicant,

NOTA:

Quidam qui parciores esse volunt in dosi purgantium è mineralibus, composita faciunt cathartica ex Mineralibus & Vegetabilibus ad varios morbos utilia, ut ex sequentibus patet.

R. Mercurii vite,  
*Flor: Antimonii*  
*correct. ana ℥j.*  
 Croci metall.  
*Flor. ℥rii argenteor. ana ℥ss.*  
 Extract. Panchym.  
*Vegetab. Croll. ana ℥ij.*  
*Rhabarbar.*  
*Helleb. nigr.*  
*Agarici ana ℥j.*  
*Ol. Anis. Fenic.*  
*Carvi, Cinamomi,*  
*Garyophyll.*  
*Macis ana gut. 5.*

Fiant pil. cum syrump. de corticibus citri ad pisorum minorum magnitudinem.

DOSIS.

Dantur 10. vel 15. aut 20. Purgant hæc pilulæ corpus ab omnibus humoribus excrementitiis, & quidem quam benignissimè.

A L I T E R.

R. ℥rii vite,  
*Florum argenteorum Mercurii,*  
*Flor. ℥rii correct. ana ℥j.*  
*Panchymag. vegetabilis Crollii ℥ss.*  
 Extract. Rhabarb.  
*Hellebor. nigri,*  
*Fol. Senæ ana ℥j.*  
*Agarici ℥ss.*  
 Ol. Anisi.  
*Faniculi,*  
*Cinamomi,*  
*Citri,*  
*Garyophyl. anagut. 4.*

Fiat massa dosis à gr. 10. ad 20.

A L I T E R.

R. Flor. Antimonii correct.  
*Mercurii vite ana ℥j.*  
 Extract. vegetab. Crollii  
*Rhabarb. ana ℥ss.*  
*Spec. Diambri. ℥ss.*  
*Ol. Anisi gut. 10.*  
*Syrup. viol. parum. Dosis eadem.*

FIAT MASSA.

Et hæc sunt Lector amice, quæ de Vomitivis tam mineralibus quam vegetabilibus hic in salutem ægrotantium scribere & publicare volui.

